

Heinrich Rahn

Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad Exequias Quas ... Viro ... Dn. Bernharδο Heldt/ I.U. Licentiato, Vidua moestissima parat, Cives suos ... vocat

Rostochi[j]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771253524>


Druck Freier  Zugang




Rhane, H.,
in B. Heldt.

Rost. 1638.

26





RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,
J. U. D. & Profefs. P.

AD EXEQVIAS
Quas
Marito desideratissimo
VIRO

Dn. BERNHARDO
HELDI J. U. Licentiato

Vidua mestissima parat,
Cives suos in ædem B. Virginis adhoram
primam serio ac diligenter vocat



ROSTOCHI,
Literis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIIX.





Uod catus morum censor Poëta super
malis queritur diu viventium, cans
esse pœnam datam

ut renovata,

semper clade domus multis in luctibus, inq;
Perpetuo mœrore & nigra vestra senescant;
Id in posterum velle at atibus evenire quibusq; mi-
noribus apparet. Densantur enim funera quotidie,
nec multa opus senecta Republica est ad cladem ac-
cipiendam. Ecce iterum binas in hoc loco chartas;
duorum, qui & communibus literis & natali solo
pares, ambo Westphalia orti, apud nos ambo occi-
dunt. Neq; dubium est, quin hæc tabula, ex qua
tot funera indiximus, ferale nomen ac colorem suum
merita sit. Qui tristiora lugubria squaloribus for-
dibusq;, atra cum primis veste, ab Aegyptiis usq; ad
Romanorum pariter ac nostram tempestatem cele-
brata, funestum quoq; in Comitio locum, nigrum la-
pidem dictum, & omnem ejusmodi colorem illata-
bilem prorsus ac lugubrem esse novimus. Quale li-
gnum huic tempori imprimis congruit & expositum

H 2

in

257
in aprico est, ut ab ultimo statim majori foro prospice-
re cives mortalitatis chartas seq³ parare in horas
& momenta habeant. Ista vis morborum, ista fe-
brum nova cohors est, ut quicquid arreptum com-
prehensumq³ sit, tanti mali flammam evadere vix
possit. Et nisi Deus commutaverit, restant gravio-
ra nobis maximaq³ metuenda. Ne fessam alias tot
malis urbem ac desertā, lues aliqua pestilentior, aut
hec ipsa valetudo, qua nunc affligit, exhauriat, pa-
teatq³ infirma civitas ad quamcunq³ libidine m-
Nam qui ab eo tempore, quo res nostra florescentes erant,
metiri vires ac copiam civium, & quantum passi in-
terea, quibusq³ viris & quam brevi orbata sit hęc
Respublica, didiceritis, eum nec latere detrimenta, nec
metus destituere potest. Contempto primum ex pau-
citate populo, viribusq³ propter ceteras attenuatas o-
pes facile despectis; us autem circa nos harentibus,
quibus nihil aequè observantur quam tempora & oc-
casiones, nihil acutius invenitur, quam armato præ-
textus, nulla melior causa, quam rapinarum est.
Neq³ ego robur civitatis ex plebe & quotquot arma
ferre possunt, censeo; Vis ista consilij expers sua
mole ruit: Indigentq³ mediis in bellorum fluctibus
cives iis, qui pacis interea artes colant & sectentur.
Nam & forum sequi necesse est, ne seditiones inter
iplos ex privatorum bonis ac simultatibus prorumpant,


pant, & tractare ea, quibus commercia expedian-
tur perinde necesse est, ut inde, quod cuiq; superat,
egestati succurratur. Quo pacto artes se mutuo ex-
cipiunt, omnesq; in vicem tuentur & manum ac vi-
ces sibi praestant. Efferto igitur opifices ex officinis &
componere in dormitoriis suis, tollito legum ac juris pe-
ritos, desidera & require Senatores, iuventutem po-
stea accrescentem ista novâ sepelito civitatem, nihil
aliud restiterit, quam inane nomen ac misera appel-
latio quantacumq; firma alias opulentaq; Reip. Neq;
ergo pro salute eorum, quibuscû intra eosdem muros
sumus ac mœnia tecti, ulla sollicitudo nos habeat; nec
lugeamus deficientem in dies civitatem, cuius cum
funeribus nostra simul adornamus; quosq; dñi in vi-
vis erant, suspeximus eorum omnis apud nos me-
moria sit extincta, quemadmodum illis calor est? Si
quis g. BERNHARDUM Seldt/ V. C. L. J. U.
Licentiatum paullo quâ decumberet in foro aut do-
mni, vel quacumq; parte civitatis offendisset, istum sa-
ne offendisset, quem morum probitas comitata, in
confortium facile atq; amicitiam posset admittere.
Qui consilio, cum usus foret, non deesse; officiû, quod
peteres humanitatis prestare facile, honori compar-
re tuo, cum res ferrent, in servare commoditatibus &
nunquam a vane tecum facere meditaretur. Quibus
credo virtutibus mereret, ut & quem civem amisisset

356
set Respublica, & quantum tibi lucris manda-
retur, absq; negotio cogitares. Vos precipue, Ci-
ves Academia, qui cum ortus studiiq; vestra in eo
intellexeritis, non potestis non amare vestrum in
hoc viro decus. Natus est enim, ut ne quid desiderare
videamini, Lemgovij, Anno Salvatoris millesimo
quingentesimo nonagesimo secundo, Patre JO-
HANNÉ, ut & Avo. primariis ejus urbis civibus,
optimis viris. Mater ipsi CATHARINA Pfleu-
gers / scemina castissima. Paterna avia ANNA
Mejers / ut singularibus virtutum ornamentis ante
omnes ejus temporis pradita, ita nobis à parentis me-
moria commendatissima est. Qui Blombergi pri-
mus Augustanae Confessionis fidem secuto errantem
in caligine Pontificiorum civitatem ad Evangelij
puram serenamq; lucem revocavit, & longo bene-
tempore in vinea Domini operarius quā diligentissi-
mus extitit. Postquam ergo BERNHARDUS no-
ster orbem ingressus, inq; fœdus cum Deo per bap-
tismi ceremoniam receptus esset incrementibus pueritia
adolescensq; cum annis proficere indies cœpit in ti-
more Dei, quæ prima sapientia est, & bonis artibus;
ad quas mature erudiebatur, diligentè Præceptorum
cura, & ex voto parentum, quibus & facile ingenium
alacritatemq; demonstrabat. Unde factum, ut ad
Avunculum THEODORUM Protten / judi-

357
eij apud nos inferioris quondam Secretarium, ex Patria amari-
daretur, integrumq; triennium in literis conficeret. A quo
tempore libido eum cepit alias quoq; invisendi Academi-
as, ut ingenij cultum à quo non mediocriter instructus esset, ube-
riorem caperet. Tandem nostri seculi Anno secundo & vicesi-
mo in Francofurensis Academiam missus cum Viri Magni-
fici Consultissimiq; Dn. HENRICI Keyseri Cancellarij Episco-
patus Bremensis duobus filiis, per triennium ibide quoq; subsistit.
Gemina cum laude sua, quam ab alijs pariter & à se ipso me-
rebat. Quibus enim prefectus erat, illorum studia tam dili-
genter accurateg, moderatus fuerat, ut J. U. Doctorem à MI-
CHALE, à STEPHANO solertissimum causarum Patro-
num, quem Swerini agit, impetraverit. Ipse, antequam ex eo
loco decederet, pro summis in jure honoribus consequendis ini-
tialem de Transactionibus dissertationem, prout sperabant
omnes, pulchre stando habuit, seq; idoneum tanta dignitati
approbavit. Unde Lübecam cum studiosis adolescentibus re-
versus, quod providentia divina argumentum erat, singula-
ribus auspicijs conjugialem thorum inuit cum lectissima pud-
dicissima tum Virgine, ANNA, Reverendi Clarissimiq; Viri
Dn. M. PETRI Dreyers ad D. Jacobi ibidem Archidia-
coni toriusq; Synedrj Ecclesiastici Senioris, ante quinq; jam an-
nos septuagenarij, & per Dei gratiam superstitis, Filia. Cumq;
annum apud socerum transegisset, res suas huc deferri sedemq;
& domicilium figere incepit. Eam vita rationem sectatus,
quam in Academijs tot per annos meditatus esset, cum adver-
sus injurias, quibus se homines invicem premunt ac infestant,
patronus, jus & equum consulere clientibus suis institueret.
Qua professione fidem studiumq; suum & recti amorem sic
probat, ut Magistratus pariter benevolentiam subditorumq;
amorem, dum judicij apud nos superioris Advocaturam
gessit, demeritus sit. Quapropter & conjugij felicitatem,
quod

258
quod divinae benedictionis est, singulariter expertus, quinque li-
beris, prater unum BERNHARDUM, quem super XV. Aprilis
extulit, superstibus, PETRO-JOHANNE, AGNETA, ANNA-
CATHARINA, & MARIA domum familiamq. suam locuple-
ravit; tam commode pacateq. cum charissima agens conjugē,
ut quamplurimis in vicinia exemplo, amicos a delicio fuerit. Et
precaremur maestissima vidua, ut licuisset ad tredecim illos con-
jugij sui annos addere quam plures alios, si eadem, quae mortali-
um, divina esset voluntas. Nunc quia parere nobis & necesse
est, & cuiq. Christiano hoc magis convenit, ut id non in vitus
ac gravate, sed sponte sua faciat; demonstrabit ea factio atq. o-
pere, quam vere precata quoridie sit, ut fieret voluntas caelestis
Patris. Qui nobis genuinos ac naturales per sepe evocare so-
let, ut sibi rectius fidamus, neq. obstemus nobis ipsis mortal. um
suo & confidentia. ille viduarum orphanorumq. Pater non
non desinet veteris & aeterna tutela, longeq. majorem praestitu-
rus fidem est, quam a se vel Imperator exoptare inq.
formulam redigere aut comminisci valeat. Vos Academia
Cives, tempus istud, quod inter XV. hujus mensis & XXI. dies
intercedit, cogitate, quibus Vir CL. & decumbere & simul mori
inceptit. Viribus tam repente prostratus, ut divertere Spiritus ex
macilento corpore super circa secundam meridiei horam debe-
ret. Qui cum ad Salvatorem suum evoluturus esset, recreatus
ante ad arduum hoc iter sacro viatico per Rev. & CL. Virum
Dn. JOHANNEM QUISTORPIUM, SS. Theol. D. & Prof. ab
altero statim valetudinis die est. Quo exemplo discite nec
morbos facile contemnere, qui nunc mortis ut plurimum via
sunt, & cum Deo quam citissime redire in gratiam. Nihil bea-
tius illa festinatione est. Vos Academia Cives, Amici quondam
fautorisq. communium literarum in hoc funere eam rationem
habete, quae isto pariter Viro CL. & vobis ipsis quam di-
gnissima sit. P. P. CL. 10 CXXXIIX.

Maji XXIV.



pant, & tractare ea, quibus commercetur perinde necesse est, ut inde, quod cegestati succurratur. Quo pacto artes capiunt omnesq; in vicem tuentur. & nec sibi prestant. Efferto igitur opifices compone in dormitoria suis, tollito leguritos, desidera & require Senatores, iustea accrescentem ista novā sepelito cir aliud restiterit, quam inane nomen ac latio quantūcūq; firma alias opulent ergo pro salute eorum, quibuscū intra sumus ac memia tecti, ulla sollicitudo lugeamus deficientem in dies civitate funeribus nostra simul adornamus; quavis erant, suspeximus eorum omnia memoria sit extincta, quemadmodum illi quis g. BERNHARDUM Heldt / Licentiatum paullo quā decumberet ni, vel quascūq; parte civitatis offensa offendisset, quem morum probitas confortium facile atq; amicitiam posse Qui consilio, cum usus foret, non deesse peteres humanitatis prestare facile, hore tuo, cum res ferrent; inseruire com nunquam a vate tecum facere medita. credo virtutibus mereret, ut & quon

H 3

